

9. Texts

9.1. Michael Verancius, *Querela Hungariae de Austria*

Cracow, in the spring of 1528

Manuscript: Biblioteka Jagiellońska, Cracow, *sign.* 6551 III, folio 890–892.

Edition: *Acta Tomiciana* XI, p. 199–200.

The lady personifying Hungaria desperately calls the merciless Austria to account for her offensive action in 1527 and she asks the gods for help in her unfair situation. She describes her kingdom as being despoiled and destroyed by external and internal wars. If Hungaria finds no support and help from the Christian states, she will be compelled to ask for the help of her earlier enemy: who was her enemy once, will be her most important friend. Hungaria reminds the aggressor that even if she is in favour of the military and financial assistance of the lion (the Bohemian king, namely Ferdinand I), she will not be able to conquer her, indeed King John I will overcome both in the struggle.

Autore Michaelae Wrantio Dalmata discipulo Stanislai Hosii... Quam scripsit annos XV natus, scripsit autem anno uno ante adventum Turcorum in Austriam.⁶⁶

Dic age, crudelis, cur optas, Austria, toto
 pectore nostra tuo subdere colla iugo?
 Quis deus hoc ferret? quae coeli tanta fuisset
 impietas? tantum, dii, prohibete nefas. 5
 Scis bene quod nunquam dominae sum passa superbae
 imperium; scis te saepe fuisse meam.
 Tempore Corvini,⁶⁷ scis, quando laeta triumphum
 egi, fracta meo cum fueras populo.
 Maesta triumphales tunc cum procedere currus
 iussa, orbi toto ludibrio fueras. 10
 Tempore Ioannis⁶⁸ longe peiora videbis,
 iam poenas sceleris, iam, scelerata, dabis.
 Improba captivam speras me reddere posse,
 undique desertam cum modo me esse vides,

⁶⁶ The short foreword of the elegies is published on the basis of the note written on the margins of the MS by Stanislaus Gorski.

⁶⁷ Matthias Corvinus (in Hungarian: Hunyadi Mátyás, 1443–1490), was king of Hungary and Croatia from 1458 until his death. He occupied Vienna in 1485. The heroic fights of John Hunyadi and King Matthias I had a considerable effect on the development of the idea of bastion, see M. H o r v á t h, *op. cit.* (48), 66; L. H o p p, *op. cit.* (16), 31–43.

⁶⁸ János Szapolyai (1487–1540) was king of Hungary (as John I) from 1526 to 1541.

cum iuvenum fractas vires, qui sanguine pro te complerunt campos prataque ubique mea, cumque vides segetes contritas (vota colonum), occisos proceres magnanimosque duces, incensas urbes direptaque fana deorum, desertas villas nobiliumque domos,	15 20
tot viduas orbosque senes totque orba parente pignora, totque pati barbara vincla simul. Haec tu cuncta videns facile iam posse putabas indigne vinclis nectere colla mea. Nec satis hoc fuerat, nisi et atro gramine Circes pelliceres ad te pignora cara mea, pellecta et matris lacerarier usque iubereres viscera; vae, miseram nunc peperisse pudet. O utinam matris gravidae cum ventre iacerent clausa, potens uteri diva necasset ea. ⁶⁹	25 30
Nam mihi (parva licet) natorum plus doluere vulnera, quam Turcae plurima facta manu. Sed iam poenas, scelerata venefica, sumam de te, quae Circen, Colchida ⁷⁰ quae ⁷¹ superas. Nam si nulla mei miseratio tanget amicos nec mihi suppetias, qui daret, ullus erit, hostes magna tamen tanget miseratio nostri et caput hoc mergi non patientur aquis. Thelephus et vulnus suscepit cuspide Achillis, ⁷² eiusdem posthac sensit et auxilium.	35 40
Sic mihi qui nocuit, nunc idem proteget ipse; hostis qui fuerat, summus amicus erit. Oblita es, quantos ego sum perpessa labores, improba, iam a longo tempore, vel simulas? Cum daret assiduus ictus meus aereus umbo, tam te quam Christi populum dum tueor, ⁷³	45

⁶⁹ *Versus claudicat*. Pannonia wishes the mighty goddess (probably Diana / Lucina) may have murdered the unborn progeny (*ea*). Cf. *Ov. Amores*, II, 14, 5sq. For *potens uteri diva* cf. *Ov. Met.* IX, 315 *diva potens uteri*.

⁷⁰ *Viz. Medea*. In the Greek mythology, she was the daughter of King Aeetes of Colchis, the niece of Circe and later the wife of the hero Jason. She was reputed to be a poisoner and an enchantress.

⁷¹ *Colchida quae*: *Colchidaque Act. Tom. XI*.

⁷² In the battle Achilles, the Greek hero, wounded Telephus, the king of Mysia. The wound would not heal, so and Telephus consulted the oracle of Delphi about it. The oracle responded in a mysterious way that 'he that wounded shall heal'. Telephus convinced Achilles to heal his wound. Cf. *Apollodorus, Epitome*, III, 17–20.

⁷³ *Versus claudicat. Coniecerim*: tam te quam Christi dum tueor populum,

tu laetas choreas ducebas iuncta puellis,
 ast ego ducebam corpora ad arma mea;
 te curis vacuum securus somnus habebat,
 tradentem molli pinguis membra toro, 50
 ipsa sed insomnes ducebam languida noctes
 intenta excubiis, non nisi strata solo;
 tu instructas epulis mensas celebrare solebas
 curabasque cutim dulcia vina bibens,
 corpore pascebam volucres ego sanguine nostro, 55
 in mare purpureas Hister⁷⁴ agebat aquas.
 Quid verbis opus est? Tu nullo fracta labore,
 contra ego non parvis obruta semper eram.
 Interea⁷⁵ nostris tu dives facta metallis,
 pinguis et bobus iam saturata meis 60
 attollis cristas fastuque inflata superbis,
 improba, quod vix te iam tua terra capit.
 Non satis est gurges, quod nostra Bohemia quondam
 accessit titulis paene coacta tuis,
 sed nobis etiam minitaris freta leone, 65
 quoque greges nostros spargere posse putas.
 Est lupus, est nostris in ovilibus, impia, qui iam
 teque gregesque tuos cumque leone feret.
 Quo duce longinquos possem vel tendere ad Indos
 indomitosque Scythas Aethiopesque nigros, 70
 hoc duce, quos hostes habui, nunc utor amicis,
 iuncta quibus, nemo est⁷⁶ qui mea regna petat;
 hoc duce tu nostrum decorabis maesta triumphum,
 nam nullo pacto potes iam effugere.⁷⁷
 Tu modo, qui nutu terrarum concutis orbem, 75
 ut mea fortunes haec bene coepta, precor.

Cum autem idem Michael Wrantius a magistro suo Hosio reprehensus esset, quod suprascriptam querelam parum pie scripserit, idem se corrigens hanc alteram sequentem querelam scripsit.

⁷⁴ Viz. the River Danube

⁷⁵ interea: intererea *Act. Tom. XI.*

⁷⁶ nemo est: memo est *Act. Tom. XI.*

⁷⁷ *Versus claudicat.*

9.2. Michael Verancius, *Alia querela Hungariae contra Austriam*

Cracow, in the spring of 1528

Manuscript: Biblioteka Jagiellońska, Cracow, *sign.* 6551 III, folio 893–897.

Edition: *Acta Tomiciana* XI, p. 201–203.

The abandoned Hungaria, lacerated and plundered by calamities, is complaining again to the celestial gods. She, as the narrator of the poem, laments the insurrections which devastate her country. She says that not only foreigners, but also her own children have already consumed her in their cruel blows. The lady fought alone against the Turks without any exterior support and she suffered their blows of weapons as Atlas bore the whole sky on his shoulders. She was determined for the historical role ordained for her by destiny. The tormented country instructs her children to confirm King John I in his kingdom.

O caelum, o terra, o fulgentia lumina solis,
 o Phoebe, o celsi sidera clara poli,
 cum vestrae tot iam ducuntur saecula vitae
 a nati mundi principio atque chao,
 ecquem vidistis tam longo tempore, tantis 5
 cladibus oppressum seditione sinum?
 Ecquem tot quondam populis opibusque superbum
 (hei mihi) vidistis tam subito ruere?
 Si mihi causa mali tanti foret advena quisquam,
 leniri posset forsitan iste dolor. 10
 Nunc cum consumunt, heu, me mea viscera, quaenam,
 quae lacrimis nostris esse medella⁷⁸ potest?
 Nam quod, quaeso, malum, quod non sum experta? Bonum quod
 ex tantis quod non perdiderim, superi?
 Clara viris armisque potens opibusque beata 15
 consiliisque fui tuta feraxque solo.
 Nunc horum iam ne ipsa quidem vestigia restant,
 omnia perdidimus, sorte novante fidem,
 quoque magis doleam, iam vulgi fabula dicor,
 exemplum cunctis iam mea vita dedit. 20
 Ad quae me, fortuna potens, maiora reservas?
 Cuive foves tandem me miseram exitio?
 Non semel hostiles acies vidi ignibus atque
 bacchatas ferro⁷⁹ per mea regna truci,

⁷⁸ medella: medela *Act. Tom. XI.*

⁷⁹ ferro: fero *Act. Tom. XI.*

funera tot vidi campis, heu, strata meorum, direpta et vidi templa domosque deum.	25
Visa (nefas) etiam mihi sunt mea signa per agros inter se nostros Marte coire gravi et toties nostros nostro quoque sanguine vultus conspersos vidi; quicquid erat miserum,	30
nil grave tam posset fieri, nil denique triste, cui non succubuit iam mea vita malo. Sed quae tanta fuit tantae mihi causa ruinae, o superi? Tantum cur merui exitium?	35
Quo tandem vestras laesi pia numina mentes? Quod nostrum offendit pectora vestra scelus? Sexcenta in nostris regnis immania templa exstant, quae vestris laudibus usque tonant.	40
Non ego vos templis pepuli, vestrasve figuras direptas aris ignibus imposui.	40
Connubia in nostris nullus scelerata sacerdos exercet regnis nullaque virgo sacra. Non pietas in vos vel honor, reverentia nulla, Religio aut pulsa est finibus ulla meis.	45
Non ego vicinis indicere bella cupivi, oppressis magnis cladibus ante satis.	45
Non ego vicinum regem detrudere regnis optavi contra fasque nefasque suis.	
Non ego germanos armavi in proelia fratres, non suasi ut bellet cum genero ipse socer.	50
Haec nunc pro tali pietate reponitis? Hisne immeritam placuit fluctibus obruere?	
Quis me pro Christo est maiora pericula passus, aut cuius toties imbuit arva cruor?	
Thurcicus ille furor, cum iam sua sub iuga tantos misisset populos, servitio et premeret, in me, quae tantum ⁸⁰ restabam sola, ruebat faucibus et nostris ponere frena volens.	55
Obstiti et opposui tanquam mea tergora murum nec sivi rabiem longius ire suam,	60
a qua tot iam sum misere vexata per annos, nec data pax ulla est, nec mora, nec requies, utque Atlas caelum valida cervice ferebat, sic ego perpetuo barbara tela tuli.	

⁸⁰ quae tantum: quae quantum *Act. Tom. XI.*

Nec fuit inventus, qui pro me hoc munus obiret Alcides, ⁸¹ nec qui fasce levaret eo.	65
Sola repugnabam, traxi tot sola labores, sed non victa (mihi credite) sola cadam.	
Pascere, crudelis, parto fortuna triumpho, pascere, nec telis, perfida, parce tuis.	70
Vicisti (fateor), vicisti, quid mea cessat tertia Parcarum rumpere fila soror?	
Vel potius, si rursus habes, o diva, ⁸² regressus (ut perhibent), ⁸³ si nec perpetuo una manes, respice nos alacri vultu risuque benigno,	75
omnipotens, mersae porrige, quaeso, manum. Sola homines summo deturbas culmine rerum, in solio rursus sola locare potes.	
Sed quid ego incassum Fortunae accepta potenti haec refero, vel quo denique vana feror?	80
Vos, o vos, proceres (nequeo iam vera tacere), huius vos estis causa caputque mali, Vestra meos manibus lacerat discordia voltus, et mihi iam toties vestra soluta fides.	
Huc dudum, proceres, video vos tendere cunctos, una ut vobiscum funditus inteream.	85
Nec vos clara movent maiorum facta parentum, nec vos nobilitas, nec movet ipse pudor. Iam vos nec superos ullos, credo, esse putatis, infera nec Ditis credere regna fore.	90
O divum decorisque sui decorisque suorum obliti, o famae gens inimica suae, quae Furiae tanto, vel quae vos turbine Dirae transversos agunt in mea damna duces?	
Quo pietas in nos, quo nostri cura recessit? Quis per vos linquor praeda cibusque feris?	95
Quae mea vel mi vos iniuria fecit iniquos, cur tantis vestris distrahor aut odiis? In quo me tandem sensistis, dicite, avaram, aut potius quid non largiter exhibui?	100

⁸¹ Viz. Heracles who was born to Alcaeus or Alcides and was a divine hero in Greek mythology.

⁸² Fortuna, the Roman goddess of fortune who has already been addressed repeatedly.

⁸³ prohibent: perhibent *Act. Tom. XI.*

Non vobis auri, non vobis copia deerat
 argenti, pinguis fertilitasque soli;
 vos nec equos estis peregrinis ducere regnis
 assueti, aut validos vestra ad aratra boves;
 vos fontes gelidos habuistis, flumina, montes, 105
 planities, silvas, oppida, castra, lacus.
 Cum vobis nil deest, vos vobis (hei mihi) deestis,
 vos vestri gladii vestraque dextra necat.
 Nam quae tanta fuit vobis, heu, dira cupido
 nostra peregrino subdere colla duci? 110
 Matthias quicquid magno sudore recepit,
 externos vidi perdere id omne duces.⁸⁴
 Matthiae⁸⁵ similem Matthiam reddere qui scit
 quaerite vel bello consiliove gravi.
 Quaerere non opus est longe. Rex ipse Ioannes, 115
 quem vos deseritis, credite, talis erit.
 Cui si depones nomen venerabile Iani,
 Matthias⁸⁶ proles ipse erit Uniadis.⁸⁷
 Et bene si memini, talis fortuna secuta est
 illum, ut post magnum referat imperium. 120
 Sic spero exhaustis post tandem mille periclis,
 hostibus hic victis, Hungara sceptrum reget.
 Hunc, mea progenies, hunc vobis sumito regem,
 desere vicini tecta cruenta ducis!
 Hic libertati vos optat reddere, at ille 125
 vestra in servili ponere colla iugo;
 hic vobis parcens externo milite bellat,
 vos ille inter vos stringere tela iubet.
 Ne vestras in vos assuescite vertere vires:
 proice tela manu mox, mea progenies, 130
 et venias veniam peccati exposcere tanti
 (rex est hic mitis), ne dubita, dabitur.

⁸⁴ Here Michael Verancius may have thought of the unproductive reign of the kings of the Jagiellonian dynasty (Vladislaus I and II, and Louis II) in internal affairs and foreign policy.

⁸⁵ Matthiae: Mathiae *Act. Tom. XI*.

⁸⁶ Matthias: Mathias *Act. Tom. XI*.

⁸⁷ Ioannes Corvinus or de Hunyad (Hungarian Hunyadi János) (c. 1407–1456) was a leading Hungarian military and political figure in Central and Southeastern Europe during the fifteenth century. Pope Pius II referred to him as *Athleta Christi*. His son was Matthias Corvinus, see footnote 67. Szapolyai will be worthy of the Hunyadis if he wins the royal title (*nomen venerabile*).

Mitte meos ad me, Fernande,⁸⁸ remitte volentes.

Cur retines nugis viscera nostra tuis?

Nil agis, invite qui frena imponere tentas,

altera iam quaeras, altera regna tibi.

135

Desine iam tandem, iam desine velle, quod optas,

Nil agis; invite quod petis, alter habet.

⁸⁸ Ferdinand I (1503–1564) was Holy Roman Emperor from 1556, king of Bohemia and Hungary from 1526, and king of Croatia from 1527 until his death.